



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

De renouatione votorum. Cap. VIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

Majstri Theologia mysticæ, & de se scribit S. Teresa, & id suis faciendum suadet. Et S. Catharina Senensis in orationibus suis in fine diaconatus positis, expedit, & B. Angela Fulginas, scriptum in Vita sua de se reliquit. Eo ergo modo vii supra diximus, explicanda sunt verba Pius, iuxta monitum à Deo datum S. Catharina Senensi.

77. Secundum notandum est alterum monitum Dei Patris, ibidem eidem S. Catharinae datum: Insuper admonere homines acceptent, siue retingant in se, considerationem solammodò peccatorum, siue in generali siue in particulari, sine consideratione atque memoria sanguinis & magnitudinis divinae misericordia, ne inde veniant in confessionem. Quia si notitia sui, & confidatio peccatorum, non condiretur memoria sanguinis atque misericordie, permanenter homines in confessione sua, & cum ipsa simul & adversario demone, qui sub colore contritionis & disperitionis peccatorum, eos adduxit in eam, ultimè pertingerent ad desperationem & eternam damnationem. Quocirca bene docuerat S. Diadochus: Ninius dolor, animam in desperationem & diffiditiam proficit. Quocirca non tantum desperatio vitanda est, sed etiam minima tristitia, immò omnis moeror, eorum constringens, pusillanimitatemque inducens, & defectum spei circa misericordiam Dei. Abiice, monet S. Ioannes Climacus, abs te eum, qui in profundissimo luctu ad te accidit, canem, Deumq; tibi imlementem & immisericordem suggesterit.

78. Tertiù notandum est monitum S. Bernardi, tū alii, tum Tironibus, præsertim scrupulosis ac timidis, valde necessarium: Ad Dominum, inquit, iam concurso, non numù crucis preteritorum conscientia delitorum, sed tantum humilitate vestre, sicut & ipsum. Ego sum, inquit, minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Ita & nos humilemur sub potenti manu Dei & fiduciam habemus, quia & nos misericordiam concessit sumus. Et alio in loco suadet: Suade vobis amici mei, reflectere interdum pedem à molestia & anxietate recordatione viarum restrarum, & evadere in iusta plantula strenioris memoria beneficiorum Dei, ut qui in nobis confundimur, ipsius intuitu respiretis. Est quidem necessarius dolor de peccatis, sed non sit continuus. Interpoletur tamen recordatione diuine benignitatis. Misericordia absinthio mel, vt salubris amaritudo salutem dare tunc poscit, cum immixto temperata dolore bibi poterit. Deinde sicut omnia alia operata dixi supra, offerenda esse in uione meritorum Christi, propter Deum purè amatum amore benevolentiae; ita & isti dolores moderati, de Christi Passione & morte, & de nostris alienis peccatis, propter idem motuam Diuinę Caritatem, in nobis excitari debent.

79. Quartù notanda est vilis reprehensio quod ad fundam spiritualium virorum, facta à Gerlone Cancellario Parisiensi, merito perstringente quodam sui temporis deuotulos, qui ambulantes in mirabilibus super se, ita suorum obli-

uiscabantur peccatorum, ut id solum tironibus & recens conuersis relinquerent, se autem S. Paulo adiungebant, quali in tertium volentes cœlum ascendere, & nihil aliud crepabant, quam Theologia mystica anagogias, Descriptio transformationes in Deum, raptus extases, conuentiones cum summo bono, absque interuenta medijs submersiones in abyssali profundo diuinitatis, amores an-

nibilantes, sic enim loquebantur, despicientes rerum diuinatarum considerationem, per discursus pios & similitudines adiutam, à dæmone Rego superbiæ, vel à proprio cerebro, temeritate & præsumptione pleno, decepti. Et utinam etiam hoc nostrum seculum, hoc spiritu imbutis careat.

Porrò pro solatio eorum, qui aliena peccata & sua deflent, adiungam hoc loco doctrinam à Deo Patre traditam S. Catharinæ Senensi: His est ultimus ille status, in quo consistit anima, beata simul & dolorosa. Beata quidem est, ex uione quam in me fecit per sensum, anorem gustando diunum. Dolerosa vero consistit ex offensionibus quas contra me fieri conspicit quia sum aeterna bonitas, quam vidit & gauduit in cognitione sui atque mei. Nec impeditur ex hoc ille status uirtutius, qui magna dulcedine lacrymas effundit, ex agnitione suimet in caritate proximi: ubi gemitum inuenit amor ex diuina misericordia mea: & amaritudinem ex offensa proximorum, flendo cum fluentibus, & gaudendo cum gaudientibus. Hi namq; sunt viventes in charitate, de quibus anima latatur, attendens à seruis meis exhiberi nomini meo gloriam & laudem. Et alias ei dixit: Peccata non affligens ex offensa mibi facta & detimento proximi, fundatur in charitate sincerissima, pinguis faciens animam. Itaque gaudet & in se latatur, quia signum est aperte demonstratum esse me per gratiam singularem in anima.

Cum hoc dolore de peccatis alienis, conjungenda est ardens oratio pro conuersione peccatorum, & diu continuanda, ut profit. Quia de te infra agetur c. 10 n. 93.

## CAPUT OCTAVUM.

### De renouatione virorum.

Tertium genus affectuum esse potest, iterata, sed feruens, renouatio virorum Religiosorum, vel aliorum, valde Deo & Sanctis accepta. Quod ita intellexit diuinitus in quadam raptu Beata Maria Magdalena de Pazzis, vti scribitur c. 118. in vita eius. Quoties renouantur promissiones factæ Deo, sit quadam renouatio uirionum cum Deo, & acquirit anima dilecta uirionem plus vel minus, secundum statum perfectionis, in quo repertur, & secundum charitatem, quam habet in se. Et hac renouatio, facta ab anima interiori, est solarium S. Trinitati, quoniam est renouatio complacentie interne, quam habet anima in se ipsa, & de se ipsa, cum tali oblatione facta Deo, reuocando semper primam delectationem primæ oblationis, cum noua complacentia, & noua delectatione. Et Ma-

ris est tantoper grata, quantum si ipsa renouaret votum puritatis. Et est gloria Angelorum, quia vident adimpleri illas inspirationes, que ab illis subministrantur. Est etiam exultatio Sanctis, quia vident suum Creatorem habere sequaces per ipsorum vestigia. Est solatium Choro Virginum, que reuocant cantum nouum, videntes augeri illud, quod tandem cum affectu exercuerunt. Praterea illis accrescit gloria, quia quoties fit hec renouatio, celebratur, ut ita dicam festum illarum. Et anima acquirit maximum fructum: Siquidem in illa augmentur gratia, fortificantur promissiones fidei, nascitur in illa noua pax & unio, cuius pacis fructus apparet, in conuersatione & operibus. O quanta dignitatis sunt hac vota, & promissiones Deo, in sancta profissione, quandoquidem eorum renouatio facit tam dignos esse. & anima reportat tantos fructus Ideo mirandum non est, quod qui habet lumen, vi facit. o Verbum, Religio tui Sanctissimi nominis, intelligebat Religio nem. Societas Iesu) celebret dictam renouationem cum tantâ solennitate & festo, præsertim, cum homines mundi, tantis faciant diem illum, in quo nascuntur, vel in quo recipiunt aliquam dignitatem. Tantù magis nos debemus celebrare diem, in qua nos vniuersus Deo, per tam magnum vinculum (quod nunquam solni potest) cum festo & iubilo spirituali. Ideo ipsa quotidie haec vota renouabat, ut ibidem scribitur, eo quod illa reputaret tanquam rem diuinam, ac tanquam priuilegia ac beneficiorum singularia facta à Deo animabus, quas vocat ad Religionem, existimat illa tanquam thesauros & premium Paradisi, & amat illa tanquam vincula unionis cum Deo, & tanquam de talibus loquebatur. Ideo magna volupate & gaudio fruebatur, quod se videt Religiosam, ligatam his votis.

81. Sic & noster S. Franciscus Xauerius, sèpè vota renouare cœpit sua, ab eo tempore, quo se S. Ignatio Parisis adiunxit: quemadmodum scribit Tursellinus in eius Vitâ. Experiens enim frequenti votorum renouatione, mentis sua, sicut aquila, iuuentutem renouari. Et inter alia, quae Societas hominibus, tanquam res magni momenti commendabat, erat, ut sub meditationem contra satana impetus & infidias, vota renouarent quotidie, teste Tursellino. Quâ in re supra fidem hominum excelluit noster P. Iacobus Cerrutus Italus, vii sanctus, ut paulò ante mortem ædificationis studio narravit. Nam votorum eius renouatio, quotidie, numerum trium milium attingebat; semel vero in octaua Epiphanie, vota oblitus viginti quatuor milibus vicibus, præter oblationes & gratiarum actiones, que ad eum numerum perueniebant, quem soli Deo notum aiebat. Obiit Romæ in Collegio, Anno 1573. 28. Aprilis.

82. 1.6. c. 15. Valte, in Vita eius M. S. Quâ autem accepta sit Deo haec renouatio votorum, apparet etiam ex vita nostri sanctissimi Fratris Alphonsi Rodriguez, qui quotidie renouabat sua vota, etiam postquam euectus erat ad gradum Coadiutorum formatorum: & hac renouatio conservabat eum semper, vividum & excitatum ad vota implendas: & Dominus dare illi significauit, sibi id placere, monuitque, ut se in hac renouatione votorum exerceat.

83. 1.1. c. 13. Vite M. S. Quâ autem accepta sit Deo haec renouatio votorum, apparet etiam ex vita nostri sanctissimi Fratris Alphonsi Rodriguez, qui quotidie renouabat sua vota, etiam postquam euectus erat ad gradum Coadiutorum formatorum: & hac renouatio conservabat eum semper, vividum & excitatum ad vota implendas: & Dominus dare illi significauit, sibi id placere, monuitque, ut se in hac renouatione votorum exerceat.

ceret, indicauitque, simul, profectum, quem inde animus eius erat perceptura, & dona, que ei eam ob rem concessus erat. Dum ergo quodam die Missam audiret, votaq; renouasset sua, & Deo gratias ageret, pro beneficio vocationis ad Societatem, eum in maiori seruore constitutum, lux extraordinaria illustrauit, que ei visa est, infinito intervallo superasse limites omnis creatura intelligentia. Agnouit tunc clarissimus magnitudinem beneficiorum Dei, ad hoc tempus perceptorum, suam indiguitatem & miseriam, tot oblationibus oneratam; impossibilitatem adequare gratitudine diuina beneficias. Quocirca pia reverendi repletum cor sentiens, non audebat attollere faciem, & benefactorem aspicere: & silentio se debitorem ostendens, ac non esse soliendo, os aperire non audebat. Sed Deus, cui humilium semper deprecatio placuit, ostendit, se validè delectari hac nouâ gratiarum actione, per silentium lingua, & voce clarissima (quam eriam ipsis auribus percepit) illi dixit: Alphonsus ambula semper in hoc exercitio (scilicet, renouationis votorum, & actionis gratiarum) pro beneficio vocationis ad Societatem Iesu) ante meos pedes. & omnia tibi succendent. Quod et noua confusio nis materiam præbuit. Et cum metueret, sue indignitatis conscius ne id à demone esset profectum, statim audiuit à Domino: Alphonsus, quid metuisibilis es hic quod timeas: quia in hoc locus deceptionis non es: fac quod tibi dico: persuasiq; interius id à Diuino spiritu manasse. Ad hoc ipsum confirmandum valet plurimum, quod ante quadraginta annos legi in Collectaneis pro Societatis historia scriptis, & Claudio Aquavita Præposito nostro Generali oblatis, à Patre Joanne Antonio Valerino; cui ante Patrem Nicolam Orlandinum, primum scribendi vñiversam Societatis historiam prouincia demandata fuit. Cùm quidam magis indicij & prudentie humane vir, Societatem effet ingressus, omnianq; ei in Societate placent, sola votorum renouatio difficebat, tanquam res impertinens & inutilis. Sed cum dies renouationis votorum inflaret, magnam difficultatem in se sentiens vota renouandi, tandem subingato inducio, vota renouavit, cum summa repugnantia amoris proprij, ita ut sibi videretur, se necesse, quo in loco esset. Deus ergo hunc eius actum ita remunerari dignatus est. Postquam enim Sacerdos, coram quo vota renouauerat cum altis, conuersus est cù SS. Eucharistia, eam distributurus, Christum Domum in ea vidit. & eximia consolatione repletus est, ac lumine diuino, à quo didicit, renouationem votorum esse Deo valde acceptam. Totus itaque effusus in lacrymas, agnouit errorem suum, & detestatus est, plenusq; celesti voluptate, dum ita permanebat, pra abundantia diuina se infundentis gratia, vecem in verba formare non valens.

## CAPVT NON V.

De oblatione bonorum propositorum.

Qvarum genus affectuum esse potest, renouatio aut oblatio bonorum propositorum

85.